



Vita Et Doctrina Christi Domini

More, Henry

Antverpiae, 1649

XVI. De trinâ interrogatione Petri. Io. 21. 15.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56545)

consuetæ suæ humilitatis more mini-
strat, neque panem consolationis &
fortitudinis à pisce separat Passionis,
centuplum retribuens pro parte piscis
ass, quem prius dederant ipsi degustan-
dum. " Domine Deus meus ego sum
pauperrimus seruulus tuus, &c. Thom.
à Kemp. l. 3. c. 3. n. 6.

XVI.

De trinâ interrogatione Petri.

Io. 21. 15.

1. *C*um ergo pranderent, dicit Simoni In vigilia
Petro IESVS, Simon Ioannis¹ diligis SS. Apostol.
me plus² his? dicit ei, etiam Domine³ tu Petri &
scis quia amo te, dicit ei,⁴ pasce agnos meos. Pauli
Chrysost. " Quod maximè Diuinum Chrysost.
nobis amorem conciliat, est proximi di- hom 87.
lectio, quam à Petro exigit; neque ne- Vide Bern.
gationis meminit, neque exprobrat, f. 2. de Re-
tantum dicit, si amas me, fratrū curam surr. & ep.
suscipe, & animam quam pro me posi. 201,
turum dixisti, hanc pro ouibus meis
trade.

2. Dicit ei¹ iterum, Simon Ioannis di-
ligis me? ait illi etiam, Domine tu scis quia

254 MYSTERIA RESVRRECT.

amote. Dicit ei, pascere agnos meos. Dicit ei
² tertio, Simon Ioannus amas me? ³ contri-
 status est Petrus, quia dixit ei tertio, amas
 me? & dixi ei, Domine tu ⁴ omnia nosti, tu
 scis quia amo te; dicit ei, pascere oves meas.

Chrys. sup.

Chrysost. "Perturbatus est Petrus, veri-
 tus superiora; nam cum forti animo es-
 set, reprehensus est tamen; iter autem in-
 terrogat & semper idem præcipit, ut
 demonstratur quanti ovium suarum
 curam faciat.) & Ambros. " & iam non
 agnos sed oves pascere iubetur, perfe-
 ctiores ut perfectior gubernaret.)

Ambros.
 l. 10. in Luc.

3. Amen dico tibi, cum ¹ esses Iunior
 cingebas te, & ambulabas quod ² volebas:
 cum autem ³ senueris extends manus tuas,
 & alius te cinget, & ducet quod ⁴ non vis.
 Tria insinuantur. 1. eum cui aliorum eu-
 ra mandatur, non sui iuris esse, sed ser-
 uire debere aliorum utilitatibus. 2. mul-
 ta debere ferre & pati. 3. dignitates non
 esse perpetuo duraturas, sed morte sal-
 tem finiendas: simul animat ad mortem
 pro Domino oppetendam, virtutem ta-
 men ad hanc perferendam, non à se, sed
 aliudè, à Deo scilicet proficisci. Merito
 igitur non solum ab incipientibus, sed à
 pro

Prosp. l. 2.
 de vocat.
 Gent. c. 50.

proiectis sanctis vniformiter Domino supplicatur, ne nos inducas in tentationem, &c. inquit S. Prosper l. 2. de vocat. Gen. c. 28. seridè etiam cogitandum quò tendimus, cum voluntate propria imus, quò cùm ducimur alienâ.

XVII.

Petri sollicitudo de Ioanne. Io. 21.

1. **E**T cùm hoc dixisset ait Petro, sequere *In festo S. me: fortè discessurus ab Apostolis, Ioan. Euan-*
gelista.

cum Petro familiaris conferte volebat solus, tanquam cum Principe futuro Apostolorum, & Ecclesiæ capite, idque aduerti ab omnibus cupiebat. 2. ei qui aliorum curam gerere debebat, non solum amorem aliis ampliorem, sed sequelam, hoc est imitationem præscribere diligentior, magisque constantem. 3. Considerandum quanta dignitas sit sequi Christum, maior sanè omnibus promotionibus.

2. *Conuersus Petrus, vidit illum Discipulum quem diligebat Iesus sequentem, qui & recubuerat in cœna super pectus eius, & dixit, Domine quis est qui tradet te? hunc*
quoniam